Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26829
Copyright: Admont, Benediktinerstift

eius habitatores putabat multoque faciliorem
pugne fore si post interuallum rursus antiis in
cubuisset. Itaque omnes equos extius asseruari
precepit. Illi autem frumenti quidem aliorumque om
nium rerum intus habebant copiam preter salem.
aque uero penuriam. quia neque fons erat intra ci
uitatem et ymbre contentis eius habitatoribus
rara est in illo tractu estiuis mensibus plu
uia. Quo tempore obsessi etiam hoc uehemen
tius afficiebantur quod arende siti fuerat ex
cogitatum. quodque fieri ac uelut omnis aqua iam
defecisset egre ferebatur. Iosephus autem cum
et ciuitatem uideret habundare aliis rebus
fortesque animo uiros esse quo longiorem ro
manis obsidionem faceret quam sperabant.
iam tunc potus mensuram ciuitati ministra
bat. Illis autem conseruari aquam penurie gra
uius esse uidebatur. amplioremque cupiditatem
mouebat quod uis bibendi liberum non habe
rent. ac uelut ad extremam siti peruentum
esset. labori cedebant. Hoc autem modo affectos
romanos latere non poterant. quia eos ex ad
uerso colle trans murum in unum confluere
locum et aque mensuram accipere prospectabant.
quos etiam balistarum peruenientibus telis plu
rimos occidebant.

VESPASIANUS quidem non multo post exhau
stis puteis. ipsa sibi necessitate traditum
iri ciuitatem sperabat. Iosephus autem ut
hanc eius spem frangeret. iussit quam pluri
mos per murorum minas dimersa undis atque
humida uestimenta suspendere. ut omnis
repente aqua perfluerent. Ex quo meror si
mul romanis ac timor erat. cum tantum
aque uiderent eos ludibrio consumere quos
potus indigere credebant. Denique dux
belli etiam ipse quia penuria posse capere
desperasset. iterum consilium ad uim atque
arma conuertit. iudeis quoque id maxime
cupientibus. Namque nec se nec ciuitatem
saluam fore credebant. priusquam fame uel siti
perirent mortem bello optabant. Iosephus
tamen preter hoc etiam aliud consilium quo sibi
copia pararet. per quandam uallem deuiam
preterea quia minus curiose [illegible] habita
a custodibus excogitauit. Mittendo
enim per occiduas eius partes litteras ad
quos uellet iudeos extra ciuitatem de
gentes. ab his omnia usui necessaria et
que in ciuitate defecerant accipiebat.
mandato commeantibus ut plerumque ad
excubias reperent terga uelleribus
tecti. quasi quis eos nocte uidissent. canum
similitudinem fallerent. Idque factum est.
donec eius fraudem uigiles persenserunt.
uallemque cinxerunt.

ITAque tunc iosephus non diu ciuitatem susti
nere posse perspiciens. suamque partem sa
lutem si uellet remanere desperans. cum
optimatibus de fuga tractabat. Uerum
id populus sensit. Et circumfusus ne se se ne
gligeret precabatur. in quo solo recumberet
ipsum enim saluti esse ciuitati remanentem
uelut omnes eius causa alacri animo essent
certaturi. quod si etiam capiantur. eundem
fore solatio. decere autem illum neque in
imicos fugere neque amicos deserere.
aut quasi ex tempestate naui oppressa de
silire. quia ad eam tranquillo mari uenisset.
ipsum enim magis dimersurum esse ciuita
tem cum iam nemo audebat hostibus repug
nare si discessisset cui confiderent.

Iosephus autem quod sibi caueret occultans.
illorum commodo se exitum parare dicebat.
nam intra ciuitatem manendo neque ser
uatis grande aliquid se profuturum. et si
caperentur. una cum his esse frustra pe
riturum. obsidione uero liberatus extrinse
cus maximo eis emolumento fore. ma
ture enim congregatis ex territorio galileis